



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VII. An Clerici, Monachi, alique regulares succedere possint in feudis,
vel ea acquirere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

h. e. cum fructus ex feudo percipiantur, si præstetur obsequium, in hoc autem casu servitium nullum præstetur à Vasallo, consequenter nulli fructus illi competunt, quòd si tamen feudum non sit gratis concessum, sed pro pecunia, aut meliorationes industrià Vasalli factæ in tali feudo, æquitas exigit, & vitandæ usuræ necessitas, ut in primo casu fructus ex pignore tali percepti, in quantum superant justum censum, in sortem computentur; in altero verò casu, ut saltem integros fructus feudi talis non acquirat dominus directus.

§. VII.

An Clerici, Monachi, alique regulares succedere possint in feudis, vel ea acquirere?

PRIMò Clericis universim jus succedendi in Feudo, negat jus Commune Feudale, ut constat ex l. 2. feudorum. Tit. 30. cap. unic. de Feudo summa, & plurius aliis feudorum juribus (neque enim, qui miles Christi est, debet esse miles sæculi, ut jura illa dicunt) nisi ex prima institutione feudum tale sit Ecclesiasticum, aut statuto, vel consuetudine, contrarium introductum sit, aut Francum sit feudum tale, & ab omni obsequio præstando liberum; aut servitium personale quidem exigit, quod tamen à Clerico honestè, vel per substitutum possit præstari; aut servitium

tantum reale, pensio v. g. pecunie &c. præstandum sit; aut feudum sit hæreditaria, ita ut ad quoscunque successores, etiam feminas, etiam transeos &c. transeant; aut demum Clerici tales sint tantum in minoribus constituti. Et hæc quidem de jure feudorum, quia tamen talia jura (speciatim) ponunt de personis Ecclesiasticis, & Ecclesiis, ob defectum jurisdictionis quæ Laicis competere non possunt personis, aut res Ecclesiasticas, hæc jure Canonico correctæ sunt, & de Sacrorum Canonum jure, feudorum novorum, quàm antiquorum, capitulum sunt Clerici, & religiosi, Cap. 1. de foro compet. ita ut monasteria in sui professi feudum succedant, si illud sit successione, & bonæ voluntatis, prout supra de Emphyteusitico (modò feudum, vel Francum) vel tale onus annexum habeat, quod etiam à monasterio præstari possit, modò ante dictum & nec expressè tacitè prohibitum fuerit in prima institutione, ne ad monasterium transierit, tatem illius feudi habens, qui transierit talis professus, ad agnatos, & proximos vel alios, qui in investitura modò vocati fuerunt, rediturum, si transierit talis professus, cum ut sic transierit in bona sui professi successorem nec feudo, aut feudi domino personam fiat.

